



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Constituções In Diocesana Synodo
Vvia-||dislaviensi**

Karkowski, Stanisław

Colonię, 1572

VD16 W 4100

De Scholis. Tit. IIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62991](#)

enim omnes traditiones (quod velle
videtur huius temporis hæretici) re-
spuēdas nobis esse existimauerimus,
ipsum etiam Euangeliū, ad nu-
dum nomen contrahamus necesse
est.

TITVLVS III.

DE SCHOLIS.

IN Scholis recte instituendis quan-
tum sit posatum, docet horum tē-
porum infoelicitas, in quibus hære-
sum tanta seges, non aliundē, quām
à scholis infectis sumpsit incremen-
ta. Ibi enim instituitur tenera iu-
uentus, quæ suo tempore tam Eccle-
siæ, quām Reipublicæ, vel usq; futura
est, vel incommodo. Et ferè tales e-
uadunt discipuli, quales fuerint præ-
ceptores sortiti: ut in multis etiā vi-
ris magnis, notata sint non rarò præ-
ceptorum vitia. Nam illa puer-
rum testa noua, non facilè odorem
2 exuit, quem recens imbabit. Quam
ob rem diligenter per scholasticos Ec-
clesiarum nostrarum prouideri vo-
3 lumus, ut ea quoq; pars Ecclesiæ sit in-
tegra. Nemo præficiatur scholæ, nisi
nostro

nostro vcl Officialis nostri iudicio probatus. Priusquam verò ad eam gubernādā accesserit, mādamus, vt fidei professionem faciat, seque Catholīcum esse doceat. Non enim expedit iuuentutem in eorum disciplinam tradere, qui corruptores sunt magis quam præceptores, & ea docent, quæ sunt postea magno labore dediscēda.

Videat etiā scholasticus Ecclesię nostrę, quid magister scholę doceat in scholis, quia vtatur methodo, quos p̄- legat auctores discipulis. Iubeat eū ex omnib⁹ optimos quosq; diligere. vsū scientiarū tradat fideliter, vt nō tātū eas discāt auditores & memorię cōmēdent, verū metiā sciant, q̄s ex eis fruct⁹ petendus, & quo modo sint ad scriptorū grauium intelligentiā accōmodo dāndæ. Ministræ sunt enim eorū studiorum, in quibus ætatem grauiorē, eos postea collocare oportet.

Non minorem quoque præceptores pietatis curam gerent, certisque diebus, vel Catechismum Romanum, vel alium quempiam scholastico probatum, discipulis

k 2 cdi-

Vide Cōc.
Lateran.
Sub Leone
X. cap. 7.
Sessi. 9.

1.Tim. 4. ediscendum tradent , eosque in
 pietate Christiana sedulò instituent.
 7 Hęc est enim quæ valet ad omnia,
 promissionem habens vitæ, quæ nūc
 8. est & futuræ. Turpe est autem in do-
 ctrina factis progressibus, nullam ho-
 nestatis & bonorum morum curam
 ducere, sine quibus si quis in doctri-
 na proficit, deficit. Quamobrem im-
 puros & impudicos scriptores, qui
 moribus puerorum officere possunt,
 10 legi prohibeat. Hoc enim quæritur
 à nobis, vt non magis docti sint no-
 stræ scholæ alumni, quàm pij. Quam
 etiam ad rem , vita præceptoris ma-
 gnum adferet momentum , nimirū
 si talis ea fuerit , in quam nulla iusta
 cadere possit reprehensio. Nam vt
 infantes nutricum, sic pueri vitam &
 mores præceptorum sæpè referunt.
 ideoquæ ex veteribus quidam scriptū
 reliquit: Maxima debetur puero reue-
 rentia. Si quid turpe paras , huius tu-
 ne contempseris annos. Quæ sit au-
 tem instituendę iuuentutis ratio,
 12. Sess. 23. ca. præscripsit Sacra Tridentina Syno-
 dus , ex qua sumet scholasticus ea,
 13. quæ

quæ videbuntur ad rem præsentem
necessaria.

Curam verò scholarum Parochalium, penes Ecclesiarum Parochos esse volumus, qui diligenter operam dabunt, quòd ætas tenera, quæ ibidem instituetur, non alios Catechismos ediscat, quām Catholicos: & ita instituatur, ut bona spes sit, eam fœliciter iactis ibi fundamentis, ad magnā, per Dei gratiam, & vberem postea frugem esse peruenturam.

13.

TITVLVS V.
DE IEIUNIIS EC-
clesiæ.

Ieiunia, quæ vel indixit Ecclesia, vel usus communis pridem recepit, ab omnibus in Diœcesi nostra seruari volumus: quorum rationem & modum diligenter explicabunt Parochi, & reliqui verbi Dei ministri, ut sciat populus, quomodo ieiunandum sit, & quis ex ieiunio fructus ad id ipsos redundet. Sciant cōmēdari in Euangeliō Annam Prophetissam, quæ non discedebat de tē.

I.
Luc. 2.

and k 3 plo